1159 Blandratensem comitem, virum eloquentissimum,[1] qui Cremone, Papie, Placentie et in aliis civitatibus iussa domni imperatoris exequentes venerunt Novam Laudam, quam predictus imperator non longe a veteri Lauda super flumen Aduam parvo adhuc fossato circumdederat. Ubi incolas paucos pauperes et casas eorum pauperrimas et, ubi monasterium eorum dispositum fuerat, altare eorum cratibus vilibus de frutice circumdatum et campanulam solam, que ad divinum officium et ad consilia incolas illos convocabat, et episcopellum eorum pauperem, inopem, contractum sed vite sanctissime invenimus. Ubi Mediolanenses de potestatibus iussa imperatoris nullo modo velle facere audivimus. Tandem Mediolanum venimus,[2] consules eorum convocantur, eis voluntas domni imperatoris aperitur, pro consilio cum suis nobilibus et populo capiendo induciis quesierunt, quas obtinent, in dominico die responsuri. Dies responsionis advenit, nullo modo se hoc facere posse respondent. Verumtamen sicut in privilegio imperatoris habebatur, quod ego Vincentius ex parte imperatoris et regis Bohemie

über geffirbten P

em korr. P

p. XVIII u. XIX fehlen

imperatoribus Hatt.

1) Prima Bartolomaeus fabt auf Rah. III, 45, S. 219 fraes.

2) Die Anwesenheit Domins bei dem Zusammenfall in Mailand ist nicht zu bezweifeln, obwohl ihn Rah. IV, 23, S. 266, Otto Mor. 64, Ann. Med. mai 35 nicht als Teilnehmer des Gesandtschaft nennen. Später aber ist bei Rah. von einem nicht näher bezeichneten episcopus die Rede, unter dem nur Domnus verstanden werden kann.